Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



129

: de moralis

publicani enim uocantur secundu tropologia
qui secularis sectantur lucra & sic ut ecclesialia
negotiationes & fraudes ac furta scelera atq;
iniuria. Amen dico uobis quecumq; adligaue
ueritis super terram erunt ligata & in caelo.
& quecumq; soluueritis super terra erunt soluta
& in caelo. Quia dixerat si aute ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus
& poterat ad contemptores fratres haec
occulta esse responsio uel tacita cogitatio.
sime dispicis & ego te dispicio. si contemnas
& mea sententia condemnaueris. Potes
tatem tribuit apostolis ut sciant quia talib;
condemnantur humana sententia diuina
sententia roborari. & quodcumque ligatu
fuerit in terra ligatu erit & in caelo.
terru dico uobis quia si duo ex uobis consenserint
super terra de omni re quecumq; petierint
fiet illis a patre meo qui in caelis est. Vbi enim
sunt duo uel tres congregati in nomine meo
ibi sum in medio eorum.